# Band VIII., Nr. 2750, Seite 80-81

*Graf Gottfried von Löwenstein bestätigt dem Johanniterspital zu Hall den Verkauf eines Mansus in Affaltrach durch seinen Eigenmann Heinrich Brückerrel.*

## Ohne Ortsangabe, 1278. Ohne Tagesangabe.

Ne ea que aguntur in tempore cum temporis lapsu evanescant, scriptis literarum ac proborum virorum testimonio perhennantur. Noverint igitur universi presentes et posteri, quos presentes literas videre contigerit, quod nos Gottfridus comes de Lewenstain emptionem religiosorum virorum domus hospitalis ordinis sancti Johannis baptiste Iherosolimitani commendatoris ceterorumque fratrum domus eiusdem ordinis in Hallis et venditionem Heinrici proprii hominis nostri dicti Brückerrel factam cum manso terre sito in villa Affaltrach tam in agris quam pratis [cultis] et inc[ultis] ratificatione nostra et consensu voluntario prelibatis fratribus ob dilectionem, qua ipsos amplectimur, erogavimus resignantes omni iuri infestationi requisitioni et omni, quod nobis competit in manso seu agris prelibatis vel competere posset in futuro, dantes eisdem ius nostrum liberaliter et etiam heredum nostrorum in hac parte possidendum. Cuius donationis et resignationis testes sunt hii: Gotfridus miles de Rote, Cunradus advocatus de Affaltrach dictus de Thalheim, Cunradus de Munnenkein, Ulricus de Eschenauwe et Rudegerus de Eschenauwe et alii quam plures, nosque eam, ne in posterum irritetur per nostros successores, presenti sigilli nostri munimine in perpetuum testimonium confirmamus.<br> <br> Acta sunt hec presentibus prelibatis anno domini MCCLXXVIII.

—

Nach dem Kopialbuch der Johanniterkommende Hall-Affaltrach von 1685, fol. 109 a (mit einigen sinnlosen, aber leicht zu berichtigenden und daher berichtigten Lesefehlern).

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**
HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**
H 14 Nr. 155, fol. 109a, Nr. 120 und Nr. 156, fol. 11, Nr. 5

**Überlieferung und Textkritik:**
Abschriften in Kopialbüchern.

**Editionen:**
Württembergisch-Franken, Bd. 9, S. 14 (Auszug).

## Weitere Angaben

**Sprache:**
Lateinisch

**Ausstellungsort:**
Ohne Ortsangabe

**Ortsindex:**
Affaltrach Wohnplatz (2302)<br> Affaltrach, Obersulm, HN<br> Eschenau Wohnplatz (2305)<br> Eschenau, Obersulm, HN<br> Löwenstein Wohnplatz (2065)<br> Löwenstein, HN<br> Obermünkheim Wohnplatz (3449)<br> Obermünkheim, Untermünkheim, SHA<br> Oberrot Wohnplatz (3155)<br> Oberrot, SHA<br> Schwäbisch Hall Wohnplatz (3361)<br> Schwäbisch Hall, SHA<br> Talheim Wohnplatz (2214)<br> Talheim, HN<br> Untermünkheim Wohnplatz (3454)<br> Untermünkheim, SHA